

ravit); tum etiam eodem anno, die 8 Augusti indulisit (ut omnes utriusque sexus Christifideles semel saltem in die dictas laudes per integrum mensem recitantes, indulgentiam plenariam. una tantum cujuslibet mensis die, uniuscujusque arbitrio eligenda, dummodo vere poenitentes confessi ac sacra communione refecti fuerint. et aliquam ecclesiam seu publicum oratorium visitaverint, ibique per aliquod temporis spatium juxta mentem Sanctitatis Suae pias ad Deum preces effuderint, lucrari possint et valeant; facta insuper potestate ipsam etiam plenariam indulgentiam fidelibus pariter defunctis applicandi).

Itaque SSmus Dominus Noster, quod spectat ad contextum formulae earumdum laudum, statuit ut laudi quarto loco positae, scilicet *Benedetto il Nome di Gesu*, haec subjungatur, *Benedetto il suo sacratissimo Cuore*, Quod vero ad indulgentiam attinet benigne tribuit ut confirmatis indulgentiis partiali et plenaria supra commemoratis duplicetur ipsa indulgentia partialis, quoties eaedem laudes publice devoteque (quocumque idiomate expressae sint), recitentur vel post divini sacrificii celebrationem, vel ad benedictionem cum Venerabili Sacramento; quae item indulgentia cedere in suffragium possit animabus piis purgantibus. Praesenti perpetuis futuris temporibus valituro, absque ulla Brevis expeditione.

Datum Romae Ex S. Congregatione Indulgentiis et SS. Reliquiis praepositae die 2 februarii 1897.

F. H. M., Card. GOTTI, *Praef.*

A., Archiep. NICOP., *Secret.*

---